Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-720215-p0001-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-720215-p0002-6

200

SACRIS
NVPTIARVM SECVNDARVM FESTIVITATIBVS

# VIRI

*AMPLISSIMI, DOCTISSIMI ATQVE CLARISSIMI*

DOMINI

# LVDOVICI SAMVELIS AMTHOR,

SYNDICI ORDINVM DVCATVS ET REGIONIS SAXO-MEINVNGENSIS SPECTATISSIMI,

CVM

*LECTISSIMA OMNIQVE VIRTVTVM FOEMINEVM SEXVM DECORANTIVM GENERE MAXIME CONSPICVA*

VIRGINE

# ADELIVNDA IOANNA APPVNN,

VIRI

*AMPLISSIMI, CONSVLTISSIMI DOCTISSIMIQVE*

DOMINI

## CONSTANTINI HENRICI APPVNN,

SAXO-MEINVNGENSIS PRAEFECTI IVDICIALIS ALTENSTEINENSIS MERITISSIMI,

FILIA NATV SECVNDA

IN CASTRO ALTENSTEINENSI
D. 22. OCTOBR. A. CIƆIƆCCLXVI.
FELICITANTE DEO CELEBRANDIS
ADPLAVDIT
SIMVLQVE

## SPONSO, AMICO ET FAVTORI

SVSPICIENDO QVAEVIS BONORVM GENERA EX ANIMO
ADPRECATVR

RVDOLPH SAVERBREY,
RECTOR SCHOLAE SCHALCOVIENSIS.

*MEININGAE,*
TYPIS TYPOGRAPHIAE DVCALIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-720215-p0003-1

Suauiter viuis, peramande Amice,
Dum Tuam Sponſam peramas domumque
Ducis, in caſto thalamo mariti
Munere fungens.

Hanc thori ſuauem ſociam Supremum
Numen adduxit Tibi, qui reportas
Sic Tui gnaui ſtudii ac laboris
Praemia larga.

Impiger Muſis animum dicabas,
Schleuſa cum Te cerneret ac teneret,
Laude praeclara docilem ſequutum
Caſtra Mineruae.

Hic gerebas Te nitidum et modeſtum,
Turpe vitans omnibus hic placebas,
Hic eras Tu diſcipulus regentis
Pectora verbi.

Lipſiam viſis pariterque Ienam,
Inclutas ſedes ſapientiarum,
Et ſcholas doctas auidus frequentas
Quinque per annos.

Tunc domum multis ſtudiis redibas,
Quae viris doctis iuuenem politum
Saepe commendant: aderant honores
Atque labores.

Laude multa ciuica iura tractas,
Tecta circumdant queruli clientes.
Quid? quod et Princeps Pia noſtra confert
Munera clara.

Altius ſed ſors Tua ſurgit iſta:
Tangis hanc metam, Tibi quam locaſti,
Contigit cerui pede culmen alti
Scandere montis.

Dulce ſolamen ſociale vinclum eſt.
Hoc ſemel doctus noua vincla quaeris,
Credis experto ſocia carenti
Coniuge ſuaui.

Dotibus pulcris animi nitentem,
Corpore et culto cupis ac polito
Praeditam ſponſam: Tibi, ſicut optas,
Vota dederunt.

Virginem caſtam ſatis oſcularis,
Virginem ducis pariter pudicam,
Coniugem rerumque domeſticarum
Eja! peritam.

Coniugem talem domus et popoſcit.
Stulta, quae vino madet, atque ſomno,
Luxui et rixis dedita eſt, mariti
Conterit oſſa.

Coſta frugalis recreat viciſſim
Coniugis mentem, timidas repellit
Corde curas, et parat ore blando
Gaudia tuta.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-720215-p0005-3

Cuncta praeſtabit Tua caſta Coſta,
Te thori et vitae ſocium vocabit,
Te ſuum charum Dominum et maritum
Semper amabit.

Vinculum felix! Deus ipſe nectit.
Coniuges fauſti thalami beati!
Vos fauor coeli beet et ſecundet
Sera per aeua.

Virginis Sponſae placidi Parentes
Filio Sponſo quoque gratulantur,
Atque cognati reliqui precantur
Omnia fauſta.

Ipſe nunc ergo Tibi gratulabor;
Coeptum enim Tu perpetuas amorem,
Qui Tuae primis tenerae iuuentae
Nititur annis.

Nuptias veſtras celebrate laeti!
Hunc diem Numen placide coronet!
Liberos vobis ſimilesque multos
Gignite ſanos!

Dc 621 c (1)
4°
VD18
ULB Halle 3
001 596 152
Sb.
VD17
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-720215-p0007-4
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-720215-p0008-9

200

SACRIS
NVPTIARVM SECVNDARVM FESTIVITATIBVS
# VIRI
*AMPLISSIMI, DOCTISSIMI ATQVE CLARISSIMI*
DOMINI
# LVDOVICI SAMVELIS AMTHOR,
SYNDICI ORDINVM DVCATVS ET REGIONIS SAXO-MEINVNGENSIS SPECTATISSIMI,

CVM
*LECTISSIMA OMNIQVE VIRTVTVM FOEMINEVM SEXVM DECORANTIVM GENERE MAXIME CONSPICVA*
VIRGINE
# ADELIVNDA IOANNA APPVNN,
VIRI
*AMPLISSIMI, CONSVLTISSIMI DOCTISSIMIQVE*
DOMINI
## CONSTANTINI HENRICI APPVNN,
SAXO-MEINVNGENSIS PRAEFECTI IVDICIALIS ALTENSTEINENSIS MERITISSIMI,

FILIA NATV SECVNDA

IN CASTRO ALTENSTEINENSI
D. 22. OCTOBR. A. CIϽIϽCCLXVI.
FELICITANTE DEO CELEBRANDIS
ADPLAVDIT
SIMVLQVE
## SPONSO, AMICO ET FAVTORI
SVSPICIENDO QVAEVIS BONORVM GENERA EX ANIMO
ADPRECATVR
RVDOLPH SAVERBREY,
RECTOR SCHOLAE SCHALCOVIENSIS.

*MEININGAE,*
TYPIS TYPOGRAPHIAE DVCALIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-720215-p0009-8